



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arbor Vitæ Sive Vita Et Doctrina Christi

Ex Quatuor Evangeliiis In Meditationes Quotidianas Velvti Totidem Ramos
Distributa

Illsung, Jakob

Dilingæ, 1693

Meditatio CCCIV. Plures infirmi à varijs languoribus sanatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60727)

ait illi: *O mulier, magna est Fides tua: fiat tibi, sicut vis.* *ait:*
sanata est filia ejus ex illa hora. Ecce quanto melius *mare*
mulieri, non statim fuisse exauditam; ut sic magis *re G*
sponderetur ad impetrandum Beneficium Confidenciam, Humilitate, Fiducia, &c. Observa etiam, quod *runt*
licet hæc mulier fuerit orta ex maledicta stirpe, quod *dos,*
Daniel c. 13. v. 56. impudico seni olim objecit, dicens *ius,*
Semen Chanaan, & non Juda, species decepit te: licet etiam *rare*
teste Marco, fuerit Gentilis; ipsa tamen exemplo *Perf*
docuerit nos, indignitatem, ut Oratio nostra exaudiatur *à pr*
diatur, non debere nobis esse causam alicujus infirmitatis *anin*
dentis, sed potius Humilitatis, & Fiduciam, quod *re.*
DEVS ad suam Misericordiam magis demonstrandam *telli*
non obstante nostra indignitate, sit daturus, quod *hab*
quid illum sumus rogaturi; modò, sicut Mulier *pro*
prius de infidelitate sua est conversa ad veram Fidem *Cor*
in Christum (quem proinde Filium David profitebatur) & animo contrita ac humiliata est; ita etiam *anir*
nos à peccatis nostris desistamus, & ex illis majori *Chr*
Humilitatis ac Confidentiam in Divinam Misericordiam occasionem sumamus. Et propterea Christus *ad C*
Mulieri generalibus verbis dixit: *Fiat tibi, sicut vis.* *Chr*
pateret, non tantum ad sanitatem filie, sed ad quod *pon*
vis aliud impetrandum valere Orationem, Humilitate, Fiducia, Perseverantiam, vitæ emendationem *pon*
xam. *tes*

MEDITATIO CCCIV.

Plures infirmi à variis languoribus

sanantur. Matth. 15. v. 29. Marc. 7. v. 31.

PUNCTUM I. *Et cum transisset inde JESVS (Marc. 7. v. 31.)*

ait: *Et iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos*) venit secus mare Galilææ: & ascendens in montem sedebat ibi: & accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum mutos, cecos, claudos, debiles, & alios multos: & projecerunt eos ad pedes ejus, & curavit eos. Matth. 15. v. 29. Qui alios vult curare à morbis animi; sedere debet in monte sublimis Perfectionis, ac Sanctitatis, quæ menti quietem, & à procellosi maris periculis securitatem præstat, & animum terrena omnia facit despiciere, ac contemnere. Per turbas multas, ad Christum accedentes, intellige varios, etiam Religiosorum hominum Cætus, habentes secum multos varijs defectibus laborantes: pro his deprecandus est Christus, ut ab eo sanentur. Considera etiam, quàm sæpe utile sit, corporis vel animi defectu laborare: est enim occasio & causâ ad Christum veniendi, lesèque abijciendi, ac humiliandi.

PUNCT. II. Si vis curari ab infirmitatibus tuis, ad Christi pedes projiciaris; nempe in civili Corpore Christi, live in Cætu Fidelium etiam infimis te supponendo, omnibus inferiorem te æstimando, & postponi optando propter imperfectiones, ac infirmitates tuas.

PUNCT. III. *Et adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum, ut imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas ejus, & exspuens tetigit linguam ejus: & suspiciens in Calum ingemuit: & ait illi: Ephpheta: quod est: adaperire. Et statim aperta sunt aures ejus, & solutum est vinculum linguæ ejus, & loquebatur rectè.* Marc. 7. v. 32. Considera modum & effectum curæ, homini surdo & muto adhibita. Sic, ut auribus, linguâ, & alijs sensibus rectè utaris,

utaris, recede ab hominum turbâ, qui tibi vel exemplum, vel occasionem mali usûs, vel usûs boni neglegendi, præbent; & recipe digitos auxiliantis Divinæ Manûs: nempe utere oblati Auxilijs ac Medijs, quæ tibi DEVS suppeditat. Opem enim & Auxilium Divinum denotari per digitum DEI, indicatur Exod. v. 19. *Digitus DEI est hic.* Toties ergo DEVS digitum ori, vel oculis, vel auribus tuis imponit, quoties ad rectum usum vel custodiam hujusmodi sensuum te excitat, & adjuvat infirmitatem tuam. Dignitas etiam per sputum & salivam (quæ Sapientiam denotat) madefacto, Christus linguam tuam tangit, ut rectè loquaris, quoties eam regit, & movet, ut non nisi tardè, parcè & consideratè secundum leges Divinæ suæ Sapientiæ illam in verba solvas. Præterea exemplo suo ostendit, quomodo prius sit in Cælo inspiciendum mentis elevatione, & gemitu, pro recto linguæ impetrando. Denique aures & os aperire jubet, quoties te excitat ad audiendum DEUM tibi loquentem, vel ad loquendum DEO, aut pro DEO.

MEDITATIO CCCV.

*Septem panibus, & pisciculis paucis
quatuor millia virorum in deserto saturantur.*

Matth. 15. v. 29. Marc. 8. v. 1.

PUNCTUM. I. Cùm turbæ grata Christi Conversione, Miraculorum inspectione, & auditione Verbi Divini per tres dies cum Christo impransæ ac in-